**Item** dicit beatus Franciſcus tria inter alia ſe habuiſſe priuilegia a ſeraph ſibi apparente. ¶ Primum ꝙ profeſſio fratrũ ſuoꝝ ſiue ordo ſuus durabit vſqꝫ ad diem iudi cij. ¶ Scõm eſt ꝙ nullus volẽs in ordine ma le viuere poterit ibi diu ꝑſeuerare vl̃ ꝑmanere. ¶ Tertium ꝙ ꝗcunqꝫ ex corde diliget ordinẽ ſuum quantũcũqꝫ ſit peccator miſericordiam a domino ꝯſequetur penitendo.

¶ Conformiter ad huiuſmodi priuilegia diui nitus ordini collata ſequũtur hec metra.

¶ Franciſco fundente preces: vt tpe multo
Mos inoleuit ei: celeſtis nuncius ipſum
Exultare iubet: annũcio quatuor inquit
Dona ſupna tibi: ſtabit tuus ordo per euum
Nullus ibi frater cui ſit peruerſa voluntas
Stare diu poterit: vix ordinis hoſtib[9] ãnos
Viuere dimidios preſtabitur: eius amici.
Viuent: ⁊ vitam fine concludent beato.

¶ Incipit oratio ſeu expoſitio btiſſimi patris noſtri Franciſci ſuper Pr̃ nr̃.

**Sanctiſſime** pater no ſter: crea tor: redemptor nr̃: Saluator nr̃ ꝯſolator nr̃. Qui es in celis: in angelis i ſcis illuminãs eos ad tui cognitionẽ: qꝛ tu es dñe lux inflãmans eos ad amorem tuũ diuinum: qꝛ tu dñe amor es inhabitans ⁊ implens eos ad bea titudinem: qꝛ tu dñe ſũmum bonum es ⁊ eter num bonũ: a quo oia bona: ⁊ ſine quo nullũ bo num. ¶ Sanctificetur nomẽ tuum. Clarificet in nobis notitia tua vt cognoſcamus que ſit la titudo bñficioꝝ tuoꝝ: longitudo ꝓmiſſorum: ſublimitas maieſtatis ⁊ profundum iudicium. ¶ Adueniat regnum tuum. Vt regnes in no bis ꝑ gr̃am tuam ⁊ facias nos venire ad regnũ tuũ vbi ẽ tui viſio mãifeſta: tui dilectio ꝑfecta: tui ſocietas btã: tui fruitio ſempiterna. ¶ Fiat volũtas tua: ſicut in celo ⁊ in terra. Vt amem[9] te ex toto corde: te ſemper cogitãdo: ex tota aia te ſemꝑ deſiderãdo: ex tota mente oẽs intẽtio nes nr̃as ad te dirigẽdo: ⁊ honorẽ tuum in oi bus querẽdo ⁊ ex oibus viribus nr̃is oẽs vireſ ſenſus aie ⁊ corpis in obſequm tui amoris ⁊ nõ in alio exponẽdo: ⁊ ꝓximos nr̃os amem[9] ſicut noſipſos: oẽs ad amorem tuuꝫ pro virib[9] trahẽ do de bonis alioꝝ: ſicut de noſtris gaudẽdo: in malis cõpatiendo: ⁊ nemini vllaꝫ offenſam fa ciendo. ¶ Panem nr̃m quotidianũ da nobis hodie. Dilectũ filium tuum dñm nr̃m Jeſum xp̃m da nobis hodie in memoria in itelligẽtia ⁊ reuerentia amoris quẽ ad nos habuit: ⁊ eorũ que pro nobis fecit dixit ⁊ ſuſtinuit. ¶ Et di mitte nobis debita nr̃a. Per tuã miam ⁊ ineſ fabilem paſſionem dilecti filij tui dñi nr̃i Jeſu xp̃i virtutẽ ⁊ beatiſſime Marie virginis ⁊ om nium electoꝝ tuorum merita ⁊ interceſſiones. ¶ Sicut ⁊ nos dimittimus debitoribus nr̃is. Et qꝛ nõ plene dimittimus tu dñe fac plene di mittere vt inimicos pp te diligamus ⁊ pro eis apud te deuote intercedamus nulli maluꝫ pro malo reddamus ⁊ oibus in te prodeſſe ſtudea mus. ¶ Et ne nos inducas in tentationẽ: oc cultam ſiue manifeſtam ſubitã vel iportunam. ¶ Sed libera nos a malo. Preterito p̃ſenti ⁊ futuro. ¶ Amen ſpontanee ⁊ gratis.

¶ Supradicto modo dicebat beat[9] Pater nr̃ ad oẽs horas. Deide dicebat. Sanctus: Scũs: Scũs. Dñs deus nr̃ oipotens ꝗ eſt ⁊ ꝗ erat ⁊ ꝗ venturus eſt. Dignus es dñe deus nr̃ accipere laudem ⁊ gloriam ⁊ honoreꝫ ⁊ bñdictionẽ. Di gnus eſt agnus ꝗ occiſus eſt accipere virtuteꝫ ⁊ diuinitatem ⁊ ſapiam ⁊ fortitudinem ⁊ hono rem ⁊ gloriam ⁊ bñdictionẽ. ℣. Benedicamus patrem ⁊ filium cũ ſancto ſpũ. ℟. Laudemus ⁊ ſuperaltemus eum in ſecula. ℣. Laudẽ dicite deo oẽs ſerui eius ⁊ qui timetis deum puſilli ⁊ magni. ℟. Superaltate ⁊ laudate eum in ſecu la. ℣. Laudent eum glorioſum celi ⁊ terra. ℟. Et ſuperaltent ⁊ laudent eum in ſecula. ℣. Et ois creatura que in celo eſt ⁊ ſup terrã ⁊ ſubtuſ terram mare ⁊ terra ⁊ que in eis ſunt. ℟. Lau dent ⁊ ſuperaltent eum in ſecula. ℣. Gloria pa tri ⁊ filio ⁊ ſpũiſctõ. ℟. Laudemus ⁊ ſuperal. eum in ſecula. ℣. Sicut erat in p̃ncipio ⁊ nunc ⁊ ſemꝑ ⁊ in ſecula ſeculoꝝ. Amẽ. ℟. Laudem[9] ⁊ ſuperex. eum in ſecula.

Oremus.

o **Omnipotens** ſctiſſime al tiſſime deuſ omne bonum ⁊ ſũmum bonum qui ſo lus es bonus tibi reddamus omnem laudem: omnem gratiam: omnem gloriam: omnem ho norem: omnem benedictionem: ⁊ omnia bona tibi referamus ſemper. Amen.

¶ Laꝰ dñi dĩ altiſſimi quã cõpoſuit btũs Frã.

**Tu es dñs** deꝰ. Tu es deꝰ deorum: q ſolus facis mirabilia. Tu es fortis. Tu es magnꝰ. Tu es altiſſimꝰ. Tu es pr̃ ſanctꝰ rex celi ⁊ terre. Tu es trinꝰ: ⁊ vnus deꝰ. Tu es bonꝰ: oẽ bonũ: ſũmũ bonũ dñe deus vnꝰ ⁊ verꝰ. Tu es amor ⁊ caritas. Tu es ſapia. Tu es hũilitas. Tu es patientia. Tu es pulchritudo. Tu es ſecuritas. Tu es qes. Tu es gaudiuꝫ. Tu es ſpes nr̃a ⁊ letitia. Tu es iuſtitia ⁊ temperãtia. Tu es fortitudo ⁊ prudentia. Tu es oẽs diuitie ad ſufficientiam. Tu es mãſuetudo. Tu es ptector. Tu es cuſtos ⁊ defenſor. Tu es refugiuꝫ nr̃m ⁊ virtus. Tu es fides ſpes ⁊ caritas nr̃a. Tu es magna dulcedo nr̃a. Tu es bonitas infinita magnus ⁊ admirabilis dominus deus meus omnipotens pius ⁊ miſericors ſaluator.

Oratio.

**Omnipotens** eterne iuſte ⁊ miſericors deꝰ da nobis miſeris pp temetipꝫ facere qḋ ſcimꝰ te velle: ⁊ ſemp velle: qḋ tibi placet: ⁊ interius mundatiterius illuminari: vt igne ſci ſpũs accenſi poſſimꝰ ſeq veſtigia tui dilectiſſimi filij dñi nr̃i Jeſu xp̃i: ⁊ ad te altiſſimũ ſola tua gr̃a puenire: q in trinitate pfecta ⁊ vnitate ſimplici viuis ⁊ regnas ⁊ gloriaris deus oipotẽs in ſecula ſeculoꝝ. Amẽ.

¶ Oratio ad virginẽ Mariã.

**Sancta** dei genitrix dulcis ⁊ decora regeꝫ morti traditũ filium tuũ dulciſſimũ dñm nr̃m Jeſuꝫ xp̃m p nobis exora: vt ipſe p ſuã pijſſimã m̃iaꝫ ⁊ clemẽtiam ⁊ virtutẽ ſanctiſſime incarnationis ⁊ mortis ipſius acerbiſſime nobis idulgeat peccata noſtra. Amen.

¶ Alia oỏ eiuſdẽ ad btiſſimã ṽgineꝫ Mariã.

**Sancta** Maria virgo non eſt tibi ſil'is nata in mũdo in mulieribꝰ: filia ⁊ ancilla altiſſimi regis pr̃is celeſtis: mr̃ ſanctiſſima dñi nr̃i Jeſu xp̃i: ſponſa ſpũs ſci. Ora p nobis cũ ſcõ Michaele archãgelo ⁊ oibꝰ virtutibꝰ celoꝝ ⁊ oibꝰ ſanctis tuum ſciſſimũ filiuꝫ dilectiſſimũ dñm nr̃m ⁊ magiſtrum. Amen.

¶ Incipiunt verba ſacre admonitionis ſciſſimi pr̃is nr̃i Frãciſci ad omnes fratres.

**Dixit dñs** diſcipulis ſuis. Ego ſuꝫ via veritas ⁊ vita. Nemo venit ad patrẽ niſi p me. Si cognouiſſetis me: ⁊ patrẽ meum vtiqꝫ cognouiſſetis. Et ammõ ꝯgnoſcetis euꝫ ⁊ vidiſtis eũ. Dixit ei Philippus. Dñe oſtẽde nobis pr̃eꝫ ⁊ ſufficit nobis. Dixit ei Jeſus. Tãto tpe vobiſcũ ſũ ⁊ nõ cognouiſtꝫ me. Philippe qppe q videt me videt ⁊ pr̃eꝫ meũ. Pr̃ lucẽ habitat iacceſſabilẽ: ſpũſſcũs eſt deus: ⁊ deũ nemo vidit vnqꝫ. Jdeo nõ niſi in ſpũ videri põt. Quia ſpũs eſt q viuificat: caro aũt nõ pdeſt quotqꝫ. Sꝫ nec filiꝰ in eo ꝙ eq̃lis ẽ pr̃i videt ab aliquo alr̃ qꝫ pr̃ alr̃ qꝫ ſpũſſcũs. Vñ oẽs q viderũt dñm Jeſuꝫ ſm humanitatẽ: ⁊ nõ viderũt neqꝫ crediderũt ſm ſpm̃ ⁊ diuinitatẽ ipm eẽ veꝝ filiuꝫ dei dãnati ſũt. Jta ⁊ mõ q: oẽs q vident ſacr̃m qḋ ſcificat p verba dñi ſup altare p manꝰ ſacerdotis i forma panis ⁊ vini ⁊ nõ vidẽt ⁊ nõ credũt ſꝫ ſpm̃ ⁊ dignitatẽ ꝙ ſit veraciter ſciſſimũ corpꝰ ⁊ ſanguis dñi nr̃i Jeſu xp̃i dãnati ſũt ipſo altiſſimo atteſtãte q ait. Hoc eſt corpꝰ meũ ⁊ ſanguis noui teſtamẽti. Et q mãducat carnẽ meaꝫ ⁊ bibit ſanguinẽ meum hꝫ vitã eternã. Vñ ſpũs dñi q habitat in fidelibꝰ ſuis ille eſt q recipit ſciſſimũ corpꝰ ⁊ ſanguinẽ dñi. Oẽs alij q nõ hñt de ſpũ eodẽ ⁊ p̃ſumũt recipe eũ: iudiciũ ſibi mãducãt ⁊ bibũt. Vñ filij hoium vſqꝫquo graui corde vt qd diligatis vanitatẽ ⁊ q̃ritis mẽdatiũ? Vt qd nõ cognoſcitis dñi veritatẽ ⁊ creditis in filium dñi? Ecce quotidie humiliat ſe ſicut qñ a regalibꝰ ſedibus venit in vteꝝ ṽgis. Quotidie venit ad nos ipſe humilis apparẽs. Quotidie deſcendit de ſinu ſũmi pr̃is ſup altare in manibꝰ ſacerdotis: ⁊ ſicut ſcis apl'is apparuit in ṽa carne: ita ⁊ mõ ſe nobis oñdit in ſacro pane. Sic̃ ipſi itui tu carnis ſue tm̃ eiꝰ carnẽ videbãt: ſꝫ ipm dñm deũ eẽ credebãt oculis ſpũalibꝰ ꝯtẽplãtes: ſic ⁊ nos panẽ ⁊ vinũ oculis corporeis videamus ⁊ credamꝰ firmiter ſciſſimũ eius corpus ⁊ ſanguinem viuũ eſſe ⁊ veraꝫ. Et tali mõ ſemp eſt dñs cũ fidelibꝰ ſuis: ſicut ipſe dixit. Ecce ego vobiſcum ſum vſqꝫ ad ꝯſumationem ſeculi.

¶ De malo proprie voluntatis.

**Dixit** dñs ad adam. De oi ligno paradiſi comede. De ligno auteꝫ ſcie boni ⁊ mali ne comedas. De oi ligno paradiſi comedere poterat Adam: q: dum nõ venit ꝯtra obiam nõ peccauit. Jlle eni comedit ḋ ligno ſcie boni ⁊ mali q ſibi ſuã volũtatem appropriat ⁊ ſe exaltat de bonis q̃ dñs dedit ⁊ opat in ipo: ⁊ ſic per ſuggeſtionem



ſuggeſtionẽ diaboli ⁊ trãſgreſſionẽ mãdati fcm̃ eſt ei pomũ ſcie mali. Vñ opꝫ ꝙ ſuſtineat penã.

¶ De perfecta obedientia.

**Dicit** dñs in euãgelio. Qui non renũciauerit oibꝰ q̃ poſſidet nõ põt meꝰ eẽ diſcipulus. Et q voluerit aiam ſuã ſaluã facẽ pdet ea. Jlle hõ renũciat oibus q̃ poſſidet ⁊ pdit corpꝰ ſuũ q ſeipꝫ totũ p̃bet ad obiaꝫ i mãibꝰ ſui p̃lati: ⁊ qcqd facit aut dicit qḋ ipe ſciat ꝙ nõ ſit ꝯ volũtatẽ eiꝰ (dũ bonũ ſit qḋ facit) ṽa obia eſt. Et qñ ſubditus viderit meliora ⁊ vtilia aie ſue qꝫ ea q̃ ſuꝰ p̃laꝰ p̃cipiat ſuã voluntatẽ ſacrificet dño: q̃ aũt ſunt p̃lati opa ſtudeat adiplere. Nã hec ẽ caritatiua obia: q: deo ⁊ pximo ſacrificiũ ſeipm facit. Si ṽo p̃latus p̃cipiat aliqd ſubdito ꝯtra aiaꝫ ſuã: lꝫ ei nõ obediat: tñ ipm nõ dimittat. Et ſi ab aliqbꝰ pſecutionem ide ſuſtinuerit magis illos diligat pp deũ. Nã q potius pſecutionẽ ſuſtinet qꝫ velit a ſuis fribꝰ ſepari ṽe pmanet i pfecta obia: q: ponit aiam ſuã p fribꝰ ſuis. Sũt.n. multi religioſi q ſub ſpẽ vidẽdi meliora qꝫ q̃ ſui p̃lati p̃cipiũt aſpiciũt retro: ⁊ ad vomitũ p̃pe volũtatis redeũt. Hi homicide ſũt ⁊ pp mala exẽpla ſua multas aias pdere faciunt.

¶ Qꝫ nullus ſibi appropriet p̃lationem.

**Non veni** miſtrari: ſꝫ miſtrare dicit dñs. Jlli q ſunt ſup alios ꝯſtituti tm̃ de illa p̃latiõe gl̃ient qꝫtũ ſi eẽnt in abluendis pedibꝰ frm̃ deputati. Et qꝫto magis turbant de ablata ſibi p̃latione qꝫ de pedũ offõ tãto magis ſibi loculos ⁊ piculũ aie cõponunt.

¶ Qꝫ nemo ſupbiat ſꝫ glorieт in cruce dñi.

**Attende o** hõ in qꝫta excellentia poſuerit te dñs. Qui creauit ⁊ formauit te ad imaginẽ dilectiſſimi filij ſui ſꝫ corpꝰ ⁊ ad ſilitudinẽ ſuã ſm ſpm̃. Et oẽs creature q̃ ſub celo ſũt ſm ſe ſeruiũt cognoſcũt ⁊ obediunt creatori ſuo meliꝰ qꝫ tu. Et ẽt demones nõ crucifixerũt eũ: ſꝫ tu cũ ipſis crucifixiſti euꝫ ⁊ adhuc crucifigis delectãdo in vicijs ⁊ pctis. Vñ potes gloriari? Nã ſi ita eſſes ſubtilis ⁊ ſapiens: ꝙ oẽm ſciam hẽes: ⁊ ſcires interp̃tari oia gñia linguaꝝ: ⁊ ſubtilr̃ de celeſtibꝰ rebꝰ pſcrutari in oibꝰ his nõ potes gl'iari: q: vnꝰ demõ ſciuit de celeſtibꝰ: magis ⁊ ſcit de terrenis pluſqꝫ oẽs hoies: lꝫ aliqs fuerit q ſũme ſapie cognitionẽ a dño recepit ſpãlem. Silr̃ ſi eſſes pulchrior ⁊ ditior oibus: ⁊ ẽt ſi faceres mirabilia vt demones effugares: oia iſta tibi ſunt ꝯ̃ria ⁊ nihil ad te ptinent. Jn his nihil potes gloriari: ſꝫ in hoc poſſumus gloriari in infirmitatibus nr̃is ⁊ baiulare quotidie ſanctam crucem dñi nr̃i Jeſu xp̃i.

¶ De imitatione domini nr̃i Jeſu xp̃i.

**Attendamus** frẽs oẽs bonuꝫ paſtorẽ q p ouibꝰ ſuis ſaluãdis crucis ſuſtinuit paſſionẽ. Oues dñi ſecute fuerũt eũ cũ tribulatiõe ⁊ pſecutiõe ṽecũdia ⁊ fame: ifirmitate ⁊ tẽtatione ⁊ ceteris alijs: ⁊ de his receperũt a domino vitã ſempiternaꝫ. Unde magna verecũdia eſt ſeruis dei ꝙ ſancti faciant opera ⁊ nos recitando ea volumus recipere gloriam ⁊ honorem.

¶ Ut bona opera ſequantur ſcientiam.

**Dicit autẽ** apl's. Lr̃a occidit: ſpiritꝰ autem viuificat. Jlli ſunt mortui ad lr̃am qui tm̃ verba ſola cupiunt ſcire: vt ſapientiores teneant iter alios: vt poſſint acqrere magnas diuitias dantes ꝯſanguineis ⁊ amicis. Et illi religioſi mortui ſunt ad lr̃am q ſpm̃ nolũt diuine lr̃e ſeq: ſed ſola verba magis cupiunt ſcire ⁊ alijs iterpretari. Et illi ſunt viuificati a ſpũ diuine lr̃e qui oẽm ſciam ⁊ litterã quam ſciunt ⁊ cupiunt ſcire (non autem viuũt corpore: ſed verbo ⁊ exẽplo) reddunt eam altiſſimo domino cuius eſt omne bonum.

¶ De peccato inuidie vitando.

**Ut ait** Apl's. Nemo põt dicere dominꝰ Jeſus niſi in ſpũſcõ: ⁊ non eſt q faciat bonũ nõ eſt vſqꝫ ad vnũ. Quicũqꝫ ergo inuidet fr̃i ſuo de bono qḋ deus dicit ⁊ facit in ipſo ptinet ad pctm̃ blaſphemie: q: ipſi altiſſimo inuidet qui dicit: ⁊ facit omne bonum.

¶ De dilectione.

**Dicit dñs** in euangelio. Diligite inimicos vr̃os bñfacite his q oderũt vos ⁊ orate p pſequẽtibꝰ ⁊c̃. Jlle veraciter diligit inimicũ ſuũ q nõ dolet ḋ iniuria quã ſibi fecit: ſed de pctõ aie ſue vritur: pp amorem dei ⁊ oſtendit ei ex operibus dilectionem.

¶ De caſtigatione corporis.

**Multi** ſunt qui dum peccant vel iniurias recipiunt ſepe inculpãt inimicũ vel pximũ. Sꝫ non eſt ita q: vnuſqſqꝫ hꝫ in ptãte ſua inimicũ ſuum. vꝫ. corpus p qḋ peccat. Unde beatꝰ ille ſeruꝰ q talẽ inimicũ traditũ in ſua poteſtate ſemp captuꝫ tenuerit ⁊ ſapien/

ter ſe ab eo cuſtodierit: quia dū hoc fecerit nullus alius inimicus viſibilis ei nocere poteſt.

¶ Qꝛ nemo coꝛrūpatur a zelo malo alterius.

**Seruo** dei nulla res dꝫ diſplicere ꝑter pctm̄. Et quocunqꝫ mō aliqua ꝑſona peccaret: ⁊ pp hoc ſeruus dei: niſi in caritate turbaretur: aut iraſceretur theſaurizat ſibi iram ⁊ culpam. Ille eſt ſeruus dei qui nō iraſcitur: neqꝫ turbatur pꝛo aliquo. Recte viuit: ⁊ ſine ꝓpꝛio ⁊ beatus eſt: qꝛ non remanet ſibi aliqd reddēs q̄ ſunt ceſaris ceſari ⁊ que ſunt dei deo.

¶ De cognoſcendo ſpiritum dei.

**Sic pōt** cognoſci ſeruus dei ſi hꝫ ſpūm dn̄i cum dn̄s operaꝛ per ipſuꝫ aliqd boni: ſi caro eius neqꝫ mens exinde ſe exaltat: quia ſemp ꝯtraria eſt omni bono. Sꝫ ſi magis ante oculos ſuos ſe hēre viliorē ⁊ i oībꝰ alijs hominibus ſe minoꝛem exiſtimaret.

¶ De patientia in aduerſis.

**Sanctus** dei non pōt cognoſci q̄ztaꝫ hꝫ patientiam ⁊ humilitatem in ſe dum ſatiſfactum eſt ſibi. Cum aūt venerit tp̄s in quo illi qui deberēt ſatiſfacere ei faciunt ſibi ꝯtrarium quātam hꝫ patientiam ibi ⁊ humilitatem tantam habet ⁊ non plus.

¶ De paupertate ſpiritus.

**Beati** pauperes ſpū qm̄ ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ multi ſunt qui oꝛonibus ⁊ officijs inſiſtētes multas abſtinētiaꝫ ⁊ afflictiones in ſuis coꝛpibꝰ faciunt: ſed de ſolo vno v̄bo qd̄ viderint iniuriā eſſe ſuoꝝ coꝛpoꝝ vel de aliqua re que ſibi aufertur ſcandalizati ꝯtinuo ꝑturbantur. Hi non ſunt vere pauperes ſpiritu. Quia qui vere pauper eſt ſpiritu ſeipſum odit ⁊ alios diligit qui ipſum ꝑcutiunt in maxillaꝫ.

¶ De pace.

**Beati** pacifici qm̄ filij dei vocabunꝛ. Illi ſunt vere pacifici qui in oībꝰ q̄ in hoc ſeculo patiuntur: ꝓpter amoꝛeꝫ dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i in animo ⁊ coꝛpoꝛe pacem ſeruant.

¶ De munditia coꝛdis.

**Beati** mundo coꝛde qm̄ ipſi deū videbūt. Vere mūdo coꝛde ſunt qui terrena deſpiciunt ⁊ celeſtia q̄runt ⁊ ſemp adorare ⁊ videre dn̄m deuꝫ viuū ⁊ veꝝ mūdo coꝛde ⁊ aīo nō deſiſtūt.

¶ De humili ſeruo dei.

**Beatus** ille ſeruus q non magis exaltat ſe de bono qd̄ dn̄s dicit ⁊ operatur per ipſuꝫ q̄ꝫ qd̄ dicit ⁊ operaꝛ ꝑ aliū: peccat enim homo qui magis vult recipe a ꝓximo ſuo q̄ꝫ vult dare de ſe domino deo.

¶ De compaſſione pꝛoximi.

**Beatus** homo qui ſuſtinet ꝓximū ſuū ſm̄ ſuam fragilitateꝫ in eo qd̄ vellet ſuſtineri ab ipſo ſi in conſimili caſu eſſet. Beatꝰ ſeruus q oīa bona reddit ⁊ attribuit domino deo. Quia q ſibi aliqd retinuerit abſcondet pecuniam dn̄i dei ſui ⁊ qd̄ putat hr̄e auferetur ab eo.

¶ De humili ſeruo dei.

**Beatus** ille ſeruus q nō tenet ſe meliorem qn̄ magnificaꝛ ⁊ exaltaꝛ ab hoībꝰ: ſicut qn̄ tenetur vilis ſimplex ⁊ d̄ſpectus. Quia quātuꝫ eſt homo coꝛaꝫ deo tātū eſt ⁊ non plus. Ve illi religioſo q ab alijs poſitꝰ eſt in alto ⁊ per ſuam voluntatem nō vult deſcendere. Et beatus ille ſeruus qui nō per ſuam voluntatem ponitur in alto ⁊ ſemp deſiderat eſſe ſub pedibus alioꝛum.

¶ De bono ⁊ vano religioſo.

**Beatus** ille religioſus q non hꝫ iocunditatem ⁊ letitiam: niſi in ſanctiſſimis eloquijs ⁊ opibus dei: ⁊ cū his perducit hoīes ad amoꝛē dei i gaudio ⁊ letitia ⁊ exultatione. Et ve illi religioſo q delectat ſe in v̄bis ocioſis ⁊ vanis: ⁊ cū his ꝑducit hoīes ad riſuꝫ.

¶ De inani ⁊ loquaci religioſo.

**Beatus** ille ſeruus qui nō loqtur ſub ſpe mercedis: ⁊ omnia ſua nō manifeſtat ⁊ nō eſt velox ad loquēdum: ſed ſapienter ꝓuidet que ſibi dn̄s oſtēdit nō retinet in coꝛde: ſed ⁊ alijs non oſtēdit per opationem: ſed ſub ſpe mercedis magis hominibus verbis cupit oſtendere q̄ꝫ deo. Ipſe enim recepit mercedem ſuā: ⁊ audientes paruū fructū repoꝛtāt.

¶ De coꝛrectione.

**Beatus** ſeruus q diſciplinam accuſationem ⁊ rep̄henſionē ab aliquo ita patiēter ſuſtinet: ſicut a ſemetipſo. Beatus ſeruus q benigne rep̄henſus acqeſcit: verecunde obtemperat humilr̄ ꝯfitetur ⁊ libenter ſatiſfacit. Beatus ſeruus qui nō eſt velox ad ſe excuſandum ⁊ humilr̄ ſuſtinet verecūdiā ⁊ rep̄hēſionem de peccato vbi nō cōmiſit culpā.

¶ De humilitate.

**Beatus** ſeruus qui ita inuētus eſt humilis inter ſubditos fratres ſuos: ſicut



ſuos ſicut quādo eſſet inter dominos ſuos. Fidelis ſeruus ⁊ pꝛudens eſt qui in oībꝰ ſuis offenſis non tardat iterius punire ꝑ ꝯtritionē ⁊ exterius per ꝯfeſſionem ⁊ operis ſatiſfactionem.

¶ De vera dilectione.

**Beatus** ſeruus qui tantuꝫ diligit fratrem ſuum qn̄ eſt infirmus ꝙ non poteſt ei ſatiſfacere: quātuꝫ qn̄ eſt ſanus ꝙ pōt ei ſatiſfacere.

¶ Itē de eodem.

**Beatus** ſeruus qui tātum diligit fratrem ſuum eſt longe ab ipſo ſicut quando eſt cum eo. Et non diceret aliqd poſt ip̄ꝫ qd̄ cū caritate nō poſſet dicere coꝛā eo.

¶ Qꝛ ſerui dei honoꝛent clericos.

**Beatus** ſeruus q poꝛtat fidem in clericis qui viuunt recte ſm̄ foꝛmam ſancte Romane eccleſie: ⁊ ve illis qui ipſos deſpiciunt. Licet eniꝫ ſint peccatoꝛes: tamē nullus debet eos iudicare. Quia ipſe ſolus dominus reſeruat ſibi ad eos iudicandum. Nam quanto maioꝛ eſt omnibus adminiſtratio eoꝛū quam habent de ſanctiſſimo coꝛpoꝛe ⁊ ſanctiſſimo ſanguine dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i qd̄ ipſi recipiunt ⁊ alijs miſtrāt: tāto plus pctm̄ hn̄t q peccāt in ipſis q̄ꝫ in oībus alijs hoībus iſtius mundi.

¶ De virtute effugante vitium.

**Ubi eſt** caritas ⁊ ſapientia: ibi nec timoꝛ nec ignoꝛantia. Ubi eſt patiētia ⁊ humilitas: ibi nec ira nec perturbatio. Ubi eſt paupertas cuꝫ letitia: ibi nec cupiditas nec auaritia. Ubi eſt quies ⁊ meditatio: ibi nec ſollicitudo nec vagatio. Ubi eſt timoꝛ domini ad atrium ſuum cuſtodiendum: ibi inimicus non poteſt habere locum ad ingrediendum. Ubi eſt miſericoꝛdia ⁊ diſcretio: ibi nec ſuperfluitas nec induratio.

¶ De abſcondendo bonum ne perdatur.

**Beatus** ſeruus qui theſaurizat in celo bona que ſibi dominus oſtendit ⁊ ſub ſpe mercedis nō cupit manifeſtare hominibus: quia ipſe altiſſimus manifeſtabit opera eius quibuſcunqꝫ placuerit. Beatus ſeruus q ſecreta domini obſeruat in coꝛde ſuo. ¶ Hec igitur ſunt verba vite ⁊ ſalutis qui ſi quis elegerit ⁊ fecerit inueniet vitam ⁊ hauriet ſaluteꝫ a domino. Amen.

¶ Expliciunt exhoꝛtationes ſeraphici patris noſtri Franciſci Jeſu chꝛiſti vexilliferi.

¶ Sequuntur ꝑfectiones ſancti Frāciſci quaꝫ reliquiſſe dicitur fratri Junipero.

**PRima** ꝑfectio erat ꝙ toto conamine ⁊ totiꝫ viribꝰ nitebatur ad dolēdū ꝓ pctis ⁊ libēter ꝯfitebaꝛ ea: ⁊ ſine moꝛa ⁊ poſtea cauebat ꝓpoſſe ne incideret. ¶ Scd̄a erat ꝙ oēꝫ creaturā ſupꝛa ſe ponebat ⁊ ſe ſubtus. Et hec erat rō qꝛ offenderat illum magnū dn̄m q fecerat oēm creaturam: ⁊ q tm̄ honoꝛauit: nos ꝙ amoꝛe nr̄i aſſūpſerat carnem humanā qua aſſumpta participauit omni creature. Ob hoc erat obediens bono coꝛde ⁊ bona voluntate oībus non tm̄ maioꝛi ſocio: vl̄ pari: vel minoꝛi: ſed ēt omni creature ſm̄ ꝙ licebat ſibi. ¶ Tertia erat ꝙ coꝛ ſuuꝫ ab omni mūdana ⁊ humana creatura eradicabat: nec inueniebat fundamētum nec radicem: niſi in illo q fecit ſibi coꝛ. Ob hoc ꝯſueuerat coꝛ ſuo ꝓijcere in xp̄m q fecerat coꝛ. Et ait coꝛ ſuum excitauerat de illo qui fecit coꝛ: qd̄ ſine pena qn̄cūqꝫ volebat reuertebaꝛ cogitādo ⁊ afficiendo ad illuꝫ q fecit hoī coꝛ. Un̄ erat ſemp deo intentꝰ in omni loco ⁊ i omni tp̄e: excepto qn̄ doꝛmiebat. In oꝛone aūt dicēdo culpā de malis ꝑpetratis: aut deſiderādo bona que ei deficiebant: aut reddendo gr̄as de bonis ſibi collatis: aut de malis ⁊ d̄ tribulationibꝰ que ſibi eueniebant: qꝛ benignuſ deus vt credebat pp caſtigationē ſuaꝫ illa ſuſtinebat ſibi euenire. ¶ Quarta erat ꝙ erat tāte patientie: ꝙ illum q ſibi malū faciebat vel dicebat conabaꝛ eum plus diligere ⁊ amare ⁊ ex toto coꝛde ⁊ ex bona voluntate ei libentius ſeruire ſine omni maritudine coꝛdis: qꝛ ſicut deꝰ ex vera liberalitate oīa bona ſibi tribuat: ita omnia mala ſibi vt credebat ſuſtinebat euenire vt oſtenderet ſibi pctā ⁊ ipſe ea cognoſceret ⁊ aduerteret vt in ꝑſenti eum puniret. Illuꝫ igiꝛ q ſibi malum faciebat vel de ipſo malū aliqd dicebat multū diligebat: qꝛ mediāte illo tanq̄ꝫ nūcio deꝰ magnū bonū ſibi ꝯferebat: ⁊ tanq̄ꝫ mēbꝛuꝫ ⁊ retinaculū quo mediante deus eū tergebat: ⁊ tanq̄ꝫ inſtr̄m ⁊ dolabꝛum quo deus eum dolabat. ¶ Quita erat ꝙ diligebat oēs bonos ⁊ oībus malis cōpatiebaꝛ: ac honoꝛabat omnes ⁊ ſe vilioꝛem oībus reputabat etiam peſſimis. Et hoc quia neſciebat vtruꝫ bonum quod ipſe faciebat deo placeret: aut vtrum in eo perſeue-

raret:nec ſilr̃ ſciebat finem ad quez alius deue/
niret. Ob hoc nullum in corde ſuo iudicabat:
nec de oꝛe ſuo maluz de altero ꝓferebat. Et qñ
maluz alicuius audiebat ab aliquo vel ipm̃ ex/
cuſabat:vel q: triſtem ſeipm̃ audiendo oſtẽdẽs
tacebat:vel verba dicentis ſagaciter in aliã ma
teriam vertebat. ¶ Sexta erat ꝙ multũ ama/
bat repꝛ̃henſionem ⁊ illum qui eum repꝛehẽde/
bat. Et ſi aliquod malum de eo diceret̃ illud cõ
cedebat:ſi vero bonũ in illo eſſet ſe excuſabat ⁊
dicebat ꝙ nihil boni faciebat in mente tenens
ꝙ deus omne bonum facit:⁊ dat etiã volũtatẽ
faciendi. ¶ Septima erat ꝙ oibus libẽter ſer/
uiebat ⁊ vix ab aliquo ſibi ſeruiri acqeſcebat re/
putans ſe indignũ omni ſeruitio. Dicebat eniz
ꝙ xp̃s non venerat miniſtrari : ſed miniſtrare.
Si ergo aliqs ſeruiebat ei in aliqua neceſſitate
in corde ſuo gr̃as agebat deo ꝗ illi dederat vo/
luntatem ſeruiendi ⁊ poſſe. ¶ Octaua erat ꝙ
ſtudebat recogitare oia beneficia ſui ⁊ alioꝛuz ⁊
aialium ⁊ aliaꝝ creaturaꝝ ⁊ ꝓ oibus gr̃as refe/
rebat deo:⁊ poſt humiliabat ſe dicẽdo : qs ſum
ego qui pꝛo alijs gr̃as refero:cum non ſoſficiaz
referre eas pꝛo minima parte boni qđ mihi deꝰ
fecit:⁊ maxime cum ſim taz pꝛaua creatura. Et
ſic annihilabat ſe. ¶ Nona erat cuſtodia ligue
que cõplementuz erat oium bonoꝝ:⁊ ſine qua
ꝑditur omne bonum:q: linguam ſuã cuſtodie/
bat non tm̃ a verbis malis ſiue nociuis falſis ⁊
inhoneſtis:ſed etiam a ſupfluis ⁊ vanis q̃ deuo
tionem cordis euacuant. Sup oia igit̃ ſibi caue
bat:vt in omni verbo eius eẽt veritas bonitas
⁊ humilitas:q: verbũ hois dz incipe a veritate
ꝓficere in bonitate terminari in humilitate ⁊
menſura eius bꝛeuitas idem dz mẽſurari bꝛeui/
tate:q: verbũ abbꝛeuiatũ fecit dñs ſup terram.

¶ Expliciunt Deo gratias.

¶ Si ergo o aia carnẽ diligis:nullam carnem
niſi xp̃i ames. Hec eni ꝓ tua ⁊ ꝓ totius huma/
ni generis ſalute eſt ſup araz crucis oblata cuiꝰ
paſſionẽ in corde rumines quotidie. Huiꝰ aũt
paſſionis meditatio ꝯtinua mentẽ eleuabit qđ
agẽdum:qđ meditandũ q̄cqđ faciendũ ſit idi/
cabit. Te demũ ad ardua inflãmabit:te vilifica
ri ⁊ affligi faciet ⁊ affectare te in cogitatione lo
cutione ⁊ operatione regulabit. O paſſio mira
bilis que ſuum meditatoꝛem eleuat:⁊ non ſolũ
reddit angelicum:ſed diuinum.

¶ Incipit littera eiuſdem beatiſſimi Patris
noſtri Franci. ad ſacerdotes oꝛdinis ſui.

In nomine ſcẽ trinitatis ⁊ ſũme vnitatis
pr̃is ⁊ filij ⁊ ſpũſſci Amẽ. Reuerẽdis ⁊
multũ diligẽdis fr̃ibus vniuerſis gñali miſtro
oꝛđ. mi. dño ſuo ⁊ ceteris miſtris gñalibꝰ q̄ poſt
eũ erũt ⁊ oibus miſtris ⁊ cuſtodibꝰ ⁊ ſacerdoti/
bus fraternitatis eiuſdẽ in xp̃o humilibꝰ ⁊ oibꝰ
ſimplicibꝰ ⁊ obedientibꝰ p̃mis ⁊ nouiſſimis fra
ter Frã. hõ vilis ⁊ caducus veſter paruꝰ ſeruꝰ.
Salutẽ in eo qui redemit ⁊ lauit nos i ſangui/
ne ſuo. Cuius nomẽ audientes adoꝛate eũ cũ ti
moꝛe ⁊ reuerentia ꝓni in terra Dñs Jeſus xp̃s
altiſſimꝰ filius nomẽ illi q̄ eſt bñdictus in ſecu/
la Amen. Audite dñi filij ⁊ fr̃es mei:auribꝰ ꝑci/
pite v̾ba mea. Inclinate aures cordis vr̃i ⁊ obe
dite voci filij dei. Seruate in toto corde veſtro
mãdata eiꝰ:⁊ ꝯſilia eiꝰ ꝑfecta mẽte iplete. Cõfi/
temini ei qm̃ bonꝰ ⁊ exaltate eũ in opibꝰ vr̃is.
Qm̃ iđ miſit vos deus in vniuerſo mundo vt
verbo ⁊ ope detis teſtimoniũ voci eiꝰ ⁊ faciatis
ſcire oẽs qm̃ nõ eſt opꝰs p̃ter eũ. In diſciplina ⁊
obia ꝑſuadete ⁊ q̃ ꝓmiſiſtis ei bono aio ⁊ firmo
ꝓpoſito adimplete. Tanq̃z filijs ſe offert nobis
dñs deꝰ. Depꝛcoꝛ itaqz oẽs fr̃es cũ oſculo peduz
⁊ cũ caritate qua poſſum: vt oẽm reuerentiã ⁊
oẽm honoꝛẽ q̃ztũcũqz poteritis exhibeatis coꝛ
poꝛi ⁊ ſanguini dñi nr̃i Jeſu xp̃i in quo q̃ in ce
lis ⁊ q̃ in terris ſunt pacificata ⁊ recõciliata oi/
potenti deo. Rogo ẽt in dño oẽs fr̃es meos ſa/
cerdotes q̄ ſunt ⁊ erũt ⁊ eſſe cupiũt altiſſimi:ꝙ
qñcũqz voluerit miſſam celebꝛare pure faciant
cũ reuerẽtia veꝝ ſacrificiũ ſciſſimi coꝛpis ⁊ ſan
guinis dñi nr̃i Jeſu xp̃i ſcã intẽtiõe ⁊ mũda:nõ
ꝓ vlla terrena re neqz timoꝛe vel amoꝛe alicuiꝰ
hois q̃ſi placẽtes hoibꝰ. Sz ois volũtas q̃ztum
adiuuat gr̃a oipotẽtis ad euz dirigat̃:⁊ ſoli ipſi
deo ſũmo tm̃ placere ꝺſideretis. Ipſe ſolus ipſi
opat̃:ſicut ſibi placet. Qm̃ ſicut ipſe dñs dicit.
Hoc facite in meaz cõmemoꝛationẽ:ſi qs alr̃ fe
cerit iudas traditoꝛ efficit̃. Recoꝛdamini fr̃es
ſacerdotes qm̃ ſcriptũ eſt i lege Moyſi qm̃ traſ
gredientes in coꝛpalibꝰ:ſine vlla miſeratione ꝑ
ſniam dñi moꝛiebant̃. Quanto maioꝛa ⁊ peioꝛa
meret̃ pati ſupplicia q̄ filium dei ꝯculcauerit ⁊
ſanguinem teſtamẽti pollutum duxerit in quo
ſanctificatꝰ eſt ⁊ ſpũi gr̃e ꝯtumeliaz fecerit. De/
ſpicit



ſpicit enim homo pollutus ⁊ ꝯculcat agnũ dei:
qm̃ ſicut dicit Apl̃s nõ dijudicãs ⁊ diſcernens
ſcm̃ panem xp̃m ab alijs cibarijs vel opibꝰ idi/
gnis indignꝰ mãducat (cũ dñs ꝑ ꝓphetam di/
cat) Maledictꝰ hõ q̄ opus dei facit negligẽter
vel fraudulẽter. Et ꝑꝑ ſacerdotes q̄ nolunt po
nere ſup coꝛ in veritate ꝯdẽnat nos dicẽs. Ma
ledicaz bñdictionibꝰ veſtris. Audite fr̃es mei.
Si beata virgo Maria honoꝛat̃ (vt dignũ eſt)
q: ipm̃ poꝛtauit in ſciſſimo vtero ſuo ſi beatus
Joãnes baptiſta ꝯtremuit ⁊ non audiebat tan
gere dñi verticẽ:ſi ſepulchꝛũ in quo ꝑ aliqđ tp̃s
iacuit ſic veneratur:q̃ztũ dz eſſe ſcũs ⁊ iuſtus ⁊
dignus q̄ nõ iam moꝛituꝝ:ſz in eternũ victuꝝ
⁊ gloꝛificatũ in quẽ deſiderant angeli ꝓſpicere
ꝯtrectat manibꝰ corde ⁊ oꝛe ſumit ⁊ alijs ad ſu
mẽdum p̃bet? Uidete dignitatez vr̃am fr̃es ſa/
cerdotes ⁊ eſtote ſci:q: ip̃e ſcũs eſt. Et ſicut ſup
oẽs ꝑꝑ hoc miniſteriuz honoꝛauit vos dñs deꝰ
ita ⁊ vos ſup oẽs ꝑꝑ hoc miſterium diligite eũ
reueremini ⁊ honoꝛate. Magna miſeria ⁊ miſe
randa ifirmitas qñ ipm̃ ſic p̃ſentem hẽtis:⁊ ali
qđ aliud in toto mundo curatis. Totus hõ pa
ueat totus mũdus ꝯtremiſcat ⁊ celum exultet:
qñ ſup altare in manibꝰ ſacerdotis eſt xp̃s filius
dei viui. O admiranda altitudo. O ſtupẽda di
gnatio. O ſublimitas humilis ꝙ dñs vniuerſi/
tatis deus ⁊ dei filius:ſic ſe humiliat vt ꝓ nr̃a
ſalute ſub modica panis foꝛmula ſe abſcondat.
Uidete fr̃es humilitatẽ dei ⁊ effundite coꝛaz il
lo coꝛda veſtra ⁊ humiliamini vt ⁊ vos exalte/
mini ab eo. Nihil ergo de vobis retineatis vo
bis vt totos vos recipiat q̄ ſe vobis exhibet to
tuz. ¶ Moneo p̃terea ⁊ exhoꝛtoꝛ in dño vt in
locis in q̄bꝰ moꝛant̃ fr̃es vna tm̃ celebꝛet̃ miſſa
in die ſm̃ foꝛmã ſcẽ Romane eccleſie. Si vero
in loco plures fuerint ſacerdotes:ſic ſit ꝑ amo/
rem caritatis alter ꝯtentus audita celebꝛatione
ſacerdotis alteriꝰ:q: abſentes ⁊ p̃ñtes replet q̄
eo digni ſunt dñs nr̃ Jeſus xp̃s. Qui lz in plu/
ribus videat̃ eſſe locis tamen indiuiſibilis ma/
net ⁊ aliqua determinata non nouit:ſz vnꝰ ve/
rus:ſicut ei placet operatur cum domino deo
patre ⁊ ſpiritu ſancto paraclyto in ſecula ſecu/
loꝛum. Amen.

¶ Explicit ep̃la ſeraphici patris noſtri Fran.

¶ Qualiter beatus Franciſcus ponebat ⁊ po
ni volebat veram letitiam ſolum in deum ⁊ in
his que perfectionis ſunt ⁊ ꝑfectius ad deũ du
cunt:⁊ maxime in vera ſuijpſius dñatiõe ⁊ ab/
negatione:atqz patientia ꝓpter deuz:que iuxta
Apoſtolum opus perfectum habet.

Sanctus Frãciſcus dixit fratri Leoni. Quãuis fr̃es
minoꝛes in omni terra debet exẽplum
magne ſcitatis ⁊ honeſtatis ⁊ edificationis:ibi
tñ non eſt ꝑfecta letitia. Et q̃zuis frater minoꝛ
illuminet cecos ꝯctos extẽdat:⁊ demones pel/
lat ſurdis auditum:claudis greſſuz:mutis ver
bũ reſtituat:⁊ ꝙ plus eſt q̃triduanuz reſuſcitet
moꝛtuum:ibi non eſt ꝑfecta letitia. Et ſi frater
minoꝛ ſciret oiuz linguas ſciẽtias ⁊ ſcripturas:
ita vt ſciret ꝓphetare ⁊ reuelare non ſolũ futu/
ra:ſed etiam ꝯſcias alioꝝ:ibi nõ eſt ꝑfecta leti/
tia. Et ſi frater minoꝛ loquat̃ lingua angelica ⁊
ſciat ſtellaꝝ curſus ⁊ virtutes herbaꝝ:⁊ ſint ei
releuati oẽs theſauri terraꝝ:⁊ ſi cognoſceret ꝓ/
pꝛietates auium piſcium aialium hoiuz ⁊ radi/
cum lapidũ arboꝝ ⁊ aquaꝝ:ibi nõ eſt ꝑfecta le/
titia. Et ſi ſciret tam ſolẽniter p̃dicare ꝙ ꝯuer/
teret oẽs infideles ad fidem:ibi nõ eſt ꝑfecta le
titia. Et cũ q̃reret frater Leo:⁊ peteret ab ipſo
vbi eſſet perfecta letitia rñdit dicens. Qñ veni
mus ad ſcãz Mariã de angelis:ſic balneati plu
uia atqz frigoꝛe cõgelati ⁊ luto deturpati:ac fa/
me afflicti ⁊ ad poꝛtã loci pulſabimus ⁊ veniet
poꝛtarius iratus di. qui eſtis vos ⁊ nos dicemꝰ
ſumus duo de fratribus veſtris ⁊ ille ecõtrario
dicit:imo eſtis duo ribaldi q̄ itis circũquaqz ꝑ
munduz paupeꝝ elemoſynas rapiendo:⁊ non
aperiet nobis:ſz faciet nos ſtare ad niuẽ ⁊ aquã
infrigoꝛe ⁊ fame vſqz ad noctez:tunc ſi nos tot
impulſus tot iniurias:ſine turbatiõe ⁊ murmu
ratione tolerabimus patienter ⁊ cogitauerimꝰ
humiliter ⁊ caritatiue ꝙ ille poꝛtarius veraci/
ter nos cognoſcit ⁊ ꝙ deus linguã eius exercet
ꝯtra nos. O frater Leo ſcribe:quia ibi eſt perfe
cta letitia. Et ſi perſeuerabimus in pulſando ⁊
ille poꝛtarius tanq̃z contra impoꝛtunos exeat
contra nos ⁊ duriſſime nos afficiat alapis di.
Recedite hinc pultrones viliſſimi:⁊ ite ad ho
ſpitale:qui eſtis vos:penitus non manducabi
tis:⁊ ſi nos patienter poꝛtabimus et iniurianti
cum amoꝛe pepercerimus toto corde. Scribe
frater Leo : ꝙ ibi eſt perfecta letitia. Et ſi exi
ens cũ vno fuſte verberat nos ⁊ trahit per ca

pucia ⁊ plagis nos implebit. Et ſi hec cuꝫ gau
dio toleramus cogitantes ꝙ penas xp̄i bn̄di/
cti nos tolerare ⁊ portare debemꝰ. Scribe fra/
ter Leo ꝙ ibi eſt ꝑfecta letitia. Et addidit. In/
ter oia cariſmata ſpūſſancti que cūctis amicis.
ſuis ꝯceſſit xp̄s p̄cipuum eſt vincere ſeip̄m ⁊ li
benter pp deum ⁊ caritatē dei obprobria ſuſti/
nere. Nā in oibꝰ mirabilibꝰ p̄dictis nō poſſumꝰ
gloriari: qꝛ nō ſunt nr̄a ſed dei: ſed in cruce tri/
bulationis ⁊ afflictionis poſſumus gloriari: qꝛ
illud eſt nr̄m: iō dicit Apl's. Mihi aūt abſit glo
riari niſi in cruce dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i in quo eſt ſa/
lus ⁊c̄. Vn̄ dictus beatus Frā. in ſuis admoni/
tionibus de patientia. Beatꝰ ſeruus q rep̄hen
ſus benigne acqeſcit verecunde obtēperat hu/
militer ꝯfitetur ⁊ libenter ſatiſfacit. Beatꝰ qui
non eſt velox ad ſe excuſandum ⁊ humil'r ſuſti
net verecūdiam ⁊ rep̄henſionē de peccato: vbi
non cōmiſit culpā. Unde dicebat cum p̄s. Ego
in flagellis paratus ſum.

¶ Uerba beatiſſimi patris noſtri Franciſci ad
humilitatem obedientiam deuotionem ⁊ pa/
tientiam inducentia.

**Beatus ſeruus** qui non tenet ſe melioreꝫ qn̄
magnificatur ⁊ exaltat̄ ab hoibus: ſicuti qn̄ te/
netur vilis ſimplex ⁊ abiectus ⁊ deſpectꝰ: quia
quātū eſt hō corā deo tm̄ eſt ⁊ non plus. ¶ Ue
illi religioſo q ab alijs poſitꝰ eſt in alto ⁊ ꝑ ſuam
volūtatē nō vult deſcēdere. ¶ Et beatꝰ ille ſer
uus q nō ꝑ ſuaꝫ volūtatē ponit̄ in alto ⁊ ſemꝑ
deſiderat ſubeſſe pedibꝰ alioꝝ. ¶ Beatꝰ ille re/
ligioſus q nō hꝫ iocūditatē ⁊ letitiaꝫ niſi in ſan
ctiſſimis eloquijs ⁊ i opibꝰ dn̄i ⁊ cū his ꝑducit
hoies ad amoreꝫ dei in gaudio ⁊ letitia. ¶ Ue
illi religioſo q delectat̄ in v̄bis ocioſis ⁊ vanis
⁊ in his ꝑducit hoies ad riſuꝫ. ¶ Beatꝰ ſeruꝰ
q diſciplinā accuſationē ⁊ rep̄henſioneꝫ: ita pa
tienter ab aliquo ſuſtinet: ſicut a ſemetipſo.

¶ Beatꝰ ſeruus q rep̄hēſus benigne acqeſcit
verecūde obtēperat humil'r ꝯfitet̄ libēter ſatiſ/
facit. ¶ Beatꝰ ſeruus q nō eſt velox ad ſe excu
ſandū ⁊ humil'r ſuſtinet verecūdiam ⁊ rep̄hen
ſionem de peccato vbi non cōmiſit culpam.

¶ De p̄mo capl'o gn̄ali qđ dꝛ capl'm ſcoriorꝫ
apud ſanctam Mariam de angelis celebratuꝫ.

**Cum ſanctus** Franciſcus eſſet in capitulo gn̄ali apđ
ſanctā Mariam de portiuncula: qđ dictum eſt
capl'm ſcorioꝝ: qꝛ non erant ibi habitacula: niſi
ſcorijs: ⁊ fuerūt ibi quinqꝫ milia frm̄: qꝫ plures
frēs ſapientes ⁊ ſcientifici iuerunt ad dominuꝫ
Hoſtien̄. q erat ibidē ⁊ dixerūt: dn̄e rogamꝰ: vt
ſuadeatis fri Frāciſco ꝙ ſequat̄ ꝯſilium frm̄ ſa/
pientuꝫ: ⁊ vt ꝑmittat ſe interdū duci ab eis. Et
allegabāt regulā ſancti Bn̄dicti ⁊ ſci Bernar
di q̄ docēt ſic ⁊ ſic viuere ordinate. Que oia cū
retuliſſet dn̄s Hoſtien̄. btō Frā. per modū ad/
monitionis beatꝰ Frā. nihil rn̄dēs: cepit eum ꝑ
manū ⁊ duxit eum ad frēs ꝯgregatos in capl'o.
Et ſic locutꝰ eſt fribus in feruore ⁊ virtute ſpūs
ſancti. Frēs mei Frēs mei dn̄s vocauit me per
viaꝫ humilitatis ⁊ ſimplicitatis: ⁊ hāc viā oſtē/
dit mihi in veritate ꝓ me ⁊ ꝓ illis q volūt mi/
hi credere ⁊ me imitari. Et iō volo ꝙ nō noie/
tis mihi aliquā regulā: neqꝫ ſcti Bn̄dicti: neqꝫ
ſci Auguſtini vel Bernardi: neqꝫ aliquā viam
⁊ formā viuendi p̄ter illam que mihi a dn̄o eſt
oſtenſa miſericorditer ⁊ donata. Et dixit mihi
dn̄s ꝙ volebat inire mecum nouellū pactuꝫ in
hoc mūdo ⁊ noluit nos ducere ꝑ aliam ſciam.
Sꝫ ꝑ veſtrā ſciam ⁊ ſapiam deus nos ꝯfundet.
Et ego ꝯfido in caſtalis dn̄i. i. in demonibꝰ ꝙ ꝑ
ip̄os puniet vos. ¶ Et adhuc redibitis ad ve
ſtrū ſtatū cū vituperio v̄ro velitis nolitis. Tūc
cardinalis obſtipuit valde ⁊ nihil reſpōdit. Et
oēs fratres timuerūt valde. Sūmum ⁊ p̄cipuū
ſtudium habuit beatus Pater nr̄ Franciſcus:
vt magis operibus q̄ꝫ verbis doceret qđ habe
rent vel vitare vel facere fratres.

¶ Sequunt̄ q̄daꝫ notabiles epiſtole diuerſoꝝ
antiquoꝝ feruentium ⁊ zelatoꝝ gn̄alium ordis
miniſtroꝝ ꝓ v̄a ſtatꝰ obſeruātia ⁊ defectuū ſuꝑ/
ueniētiū debita emēdatiōe ⁊ correctiōe. Et pᵒ.

¶ Epiſtola ſci Bonauēture directa toti ordi/
ni tp̄e ſui generalatus: qui fuit nonus gn̄alis in
ordine vel decimus ſm̄ aliquos.

**IN chriſto** ſibi cariſſimis mini/
ſtris ⁊ cuſtodibꝰ ordinis minoꝝ
frater Bonauētura ordis eiuſ/
dem gn̄alis miſter. Salutē ⁊ pa
cem in dn̄o. Licet inſufficientiā
meam ad ferēdum onus ipoſituꝫ cognoſcerem
manifeſte pp debilitatem ⁊ iperfectionē mētis
⁊ inexperientiaꝫ actionis: ⁊ propter repugnā/
tiam



tiam voluntatis: qꝛ tn̄ dux eſt tāte ꝯgregatio/
nis: ac ſupremi pontificis: ac ꝑ hoc altiſſimi dei
volūtati ꝑtinaciter reſiſtere ſarcine graui: ⁊ q̈ſi
importabili humeros ſuppoſui imbecilles ſpe/
rans de adiutorio virtutis omnipotētis ⁊ cōfi/
dens de adminiculo veſtre ſollicitudis etiam ſi
ſit hoi iportabilis quātūcūqꝫ induſtrio ⁊ exꝑto
tanti ordinis ſarcinā ſuis humeris baiulare. Si
tn̄ diuiſa in ꝑtes humeris ipoſita diuerſoꝝ vi/
riliter a quolꝫ cōportet̄: non eſt q̈ꝫtūcūqꝫ debili
capiti horrere. Qm̄ igitur de veſtra p̄ſumo idu
ſtria ſollicitudine ad extirpāda mala: ꝓmouen
da bona refouēda debilia ⁊ fortia ꝯfortanda vi/
dens me ſpeculatorem domui iſrael: ne ſanguis
aiaꝝ de manu mea reqrat̄ cogitaui vobis q̄daꝫ
ſcribere q̄ ſi in gn̄ali capl'o fuiſſem libētius an/
notaſſem. Nūc aūt qꝛ tēpoꝝ pericula vigent ⁊
leſiones ꝯſciaꝝ: ac ſcādala mundanoꝝ: ꝙ dū or/
do deberet eſſe ſcitatis ſpeculū in diuerſis in te/
dium vertit̄ ⁊ ꝯtentuꝫ: q̄ mihi de diuerſoꝝ ꝯſi/
lio viſa ſunt corrigēda: nec penitꝰ tacēs: nec oi/
no exprimēs: nec noua ſtatuens: nec vincula ſu
perinducēs: nec onera grauia iponens: ſꝫ veri/
tatis annūciator breuiter expono vidēs illa nō
reticenda. ¶ Sane ꝑquirenti mihi cauſas cur
ſplēdor nr̄i ordis quodāmō offuſcat̄ ⁊ exterius
inficit̄ ⁊ nitor ꝯſciaꝝ intus fedat̄. Occurrit ne/
gocioꝝ m'ltiplicitas. Pecunia nr̄i ordis pauꝑ/
tati ſuꝑ oia inimica incaute recipit̄ ⁊ incautius
ꝯtrectat̄. ¶ Occurrit frm̄ ocioſitas: q̄ꝫ plurimi
ꝯſopiti mōſtruoſum ſtatū inter ꝯtēplatiuam ⁊
actiuā vitam erigētes: carnal'r ⁊ crudel'r cōme/
dūt ſanguinē aiaꝝ. ¶ Occurrit euagatio plu/
rimoꝝ q pp ſolatium corpoꝝ grauādo eos per
quos trāſeūt poſt ſe ſcandala relinquūt. ¶ Oc
currit iportuna petitio: pp quā oēs adeo abhor
rent frm̄ occurſum: vt eis timeant q̈ſi p̄donibꝰ
obuiare. ¶ Occurrit edificioꝝ conſtructio cu
rioſa q̄ paceꝫ frm̄ ingetat: amicos grauat: ⁊ ho
minū ꝑuerſis iudicijs nos exponit. ¶ Occur
rit multiplicatio familiaritatū ex qua ſuſpitio/
nes infamatiōes ⁊ ſcandala plurima oriuntur.
¶ Occurrit improuida cōmiſſio officioꝝ: qm̄
fribꝰ nōdū vſqꝫquaqꝫ ꝓbatis: nec ſpū roboratis
iponunt̄ officia vix portāda. ¶ Occurrit mu/
tatio locoꝝ frequēs: cū q̈dā violētia ⁊ ꝑturba/
tiōe terraꝝ. ¶ Occurrit tandē ſūptuoſitas ex/
penſaꝝ. ¶ Nā cū frēs nolint eſſe ꝯtēti paucis
⁊ caritas hoiuꝫ refriguerit: facti ſumꝰ oibꝰ one/
roſi: ⁊ maxie fiemꝰ in poſteꝝ: niſi remediū cele/
riter apponat̄. Licet aūt plurimi reperiant̄ nō
culpabiles in aliquo p̄dictoꝝ: tn̄ oēs inuoluit
maledictio: niſi his q faciūt reſiſtat̄: cū luce cla/
rius oia p̄dicta in maximū vergūt nr̄i ordinis
d̄trimētū: vt nll'o mō diſſimulādū ſit: lꝫ tepidis
⁊ ideuotis ꝯſiderātibꝰ ꝯſuetudinē ⁊ allegātibꝰ
multitudineꝫ: q̈ſi facilia ⁊ excuſabilia videant̄.
Excitet̄ vr̄i cordis deuotio ⁊ feruor ad celū: ⁊
electis negotiationibꝰ frēs oēs ad orōnis ⁊ de/
uotionis ſpm̄ accēdatis. Reſtrigatis receptio/
nē multitudis inutiliuꝫ: qꝛ oibꝰ modis volo ꝙ
ꝯſtitutio de receptiōe ſeruet̄. Prauas ꝯſuetudi/
nes p̄dictas reſecetis: qꝛ lꝫ videat̄ graue regrit
tn̄ l͛ ꝑfectio ꝓfeſſiōis nr̄e tribulatiōis icurſus:
clamor bti Fran. ⁊ ſanguis aſꝑſus. Ocioſos ſti/
muletis ab laborē. Diſcant ēt frēs modicis eſſe
ꝯtēti: qꝛ vt a ſapientibꝰ rōnabil'r formidat̄ opor
tebit eos modicis eē ꝯtētos velint nolint. Da/
tum Pariſius. Anno dn̄i. M.cclvij. In die ſci
Georgij martyris. Orate ꝓ me frēs. Hāc autē
l'raꝫ legi in ſingulis ꝯuētibꝰ v̄re ꝓuicie faciatis.

¶ Alique alie eiuſdem tēporis ⁊ tenoris ad ali
os miniſtros date: hn̄t. Dataꝫ feria tertia poſt.
Quaſi modo ipſo anno ⁊c̄.

¶ Item alia epl'a eiuſdem directa ſingulis mi/
niſtris prouincialibus ordinis.

i **N chriſto** ſibi cariſſimo fra/
tri. N. ꝓuicie. N.
miſtro frater Bonauētura or. frm̄. mi.
miſter gn̄alis ⁊ ſeruꝰ. Salutē ⁊ pacē in dn̄o ſem
piternā. Qm̄ ad l͛ potiſſimū iuigilare dꝫ ſollici
ta cura rectoris vt in cōmiſſo ſibi grege meritū
virtutis accreſcat: claudat̄ via vicijs ⁊ det̄ mo/
ribꝰ diſciplina diligēti deliberatiōe p̄habita vi/
ſum ē tā mihi q̄ꝫ diffinitoribꝰ ca. gn̄alis: vt mi/
ſtris ſingul'r aliq̄ ibidē examiata ⁊ diſcuſſa d̄libe
ratorie demādarē ipſoſqꝫ ſollicitos redderē ad
eos potiſſimū abuſus tollendos de medio qbꝰ
ſinceritas religiōis ificit̄ ꝑfectiōis celſitudo de
p̄mit̄ ⁊ ſcitatis claritas obfuſcat̄. Sane cū euā
gelici culmis obſ̄uata ꝑfectio hactenꝰ ſpectabi/
les ⁊ amabiles nos mūdo reddiderit oiqꝫ fauor̄
⁊ reuerētia dignos: ecce iā m'ltitudie in ꝓcliua
tēdēte ⁊ remiſſius agētibꝰ his q p̄ſunt vicioruꝫ
q̄dā ſegetes cernunt̄ ſuccreſcere: q̄ dū ſacrum l͛
venerādūqꝫ collegium deſpicabile ⁊ oneroſum